Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia viginti
quatuor: et super thronos viginti quatuor seniores
sedentes circumamicti stolis albis: et in capi-
tibus eorum coronae aureae. Et de throno procedunt
fulgura et voces et tonitrua. Et septem lampades
ardentes ante thronum qui sunt septem spiritus
dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum
simile crystallo. Et in medio sedis et in circuitu
sedis quatuor animalia plena oculis ante et
retro. Et animal primum simile leoni: et secundum si-
mile vitulo: et tertium animal habens faciem qua-
si hominis: et quartum animal simile aquilae vo-
lanti. Et quatuor animalia singula eorum habe-
bant alas senas et in circuitu et intus plena sunt
oculis. Et requiem non habent die ac nocte dicen-
tia. Sanctus: sanctus: sanctus: dominus deus om-
nipotens qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum da-
bunt illa animalia gloriam et honorem et benedic-
tionem sedenti super thronum viventi in secula
seculorum. procident viginti quatuor seniores
ante sedentem in throno. Et adorabant viventem
in secula seculorum amen. Benedictus es domine qui in-
tuens abyssos et sedes super cherubim. Benedictus es in throno re-
gni tui et laudabilis in secula. Alla. Benedictus es domine deus
patrum nostrorum et laudabilis in secula. Sequentia. benedi-
Benedico summae trinitati simplicitas deitatis semper omnipo-
tens aeterna cui semperinalis stat ydemptitas semperinti-
tas anarchos unica. Pater ubo quod coessentiva sapientia ve-
ra veritas explendor unica. Ubi et amborum voluntas pacentia et su-
auitas. Unitando sancta sanctitas et exstantiva. res